

*Graecanicum (cf. N. 2547). Hic non est putandus stipendia fecisse in cohorte Aquitanorum, natus Ostiis Tiberinis in Italia.*

---

**2603** M. m.<sup>1</sup> | L. Naevius | Verus | Roscianus | praef. coh. II | Gall. eq., | votum ex | Britannia<sup>2</sup> | rettulit | l. m.

*Prope vicum Travi agri Placentini (XI 4505 ad apographum factum saec. XVI).* — 1) *Minervae memori (sic plene alii tituli eodem loco reperti).* — 2) *Cohors secunda Gallorum in Britannia stetit certe sub Antonino Pio (dipl. a. 146, cf. Mo. eph. ep. 5 p. 99).*

---

**2604** Campestribus | sacrum | P. Quintius L. fil. | Quir. [Fi]rminus<sup>1</sup> | domo Sicca | Veneria, trib. | coh. XXIII vol. c. R.<sup>2</sup>

*Prope Benningen rep., est Stuttgarti (Brambach 4596 qui vidit).* — 1) *terminus lapis dicitur exhibere.* — 2) *Cohors XXIII voluntariorum civium Romanorum memoratur etiam in aliis titulis repertis ad limitem Germaniae superioris (Brambach 4595. 4568. 4570. 4700).*

---

**2605** in h. d. d., deae | Fortunae sa[n]cte balinea[ri]<sup>1</sup> reduci, Valerius Valeri[anus] trib. c[oh.] I Germano[rum]<sup>2</sup> Philippian[ae] votum posuit, impp. dd. n[on]n. Philippis Aug[g.] III et iterum | cos.<sup>3</sup>, l. l. m.

*Iagsthausen rep. (Westdeutsche Zeitschr. 6 p. 76).* — 1) *Apparet titulum pertinuisse ad balneum aliquod; ad eiusdem balnei cohortis primae Germanorum restitutionem pertinet titulus eodem loco repertus Brambach 4608.* — 2) *Cohors prima Germanorum recensetur inter auxilia exercitus Germaniae superioris iam anno 82 (supra N. 4995) et a. 446 (dipl.).* — 3) *A. 248.*

---

**2606** I. o. m. | Cn. Clodius Cn. | fil. Classicianus | trib. coh. XIX vol. c. R. | et translat. ab opti[mis] maximisq. imp. in | coh. I Ul[p.] Pan. ∞ eq.<sup>1</sup>, | v. s. [l.] m.

*Stojnik in Serbia rep., est Belgradi (III 6502. III S. 8462 vidit Domaszewski).* — 1) *Tam cohors duodevicesima voluntariorum civium Romanorum quam prima Ulpia Pannoniorum miliaria equitata in Pannonia tendebant saec. p. Chr. II (supra N. 2005 cum not. 5).*

---

**2607** dis Mauris | salutaribus | Aurelius E[x]oratus dec. | alae Partitorum, | praepositus | cohortis II | Sardorum Se[ver]ianae.<sup>1</sup>

*In Mauretania loco dicto Hadjar er-Rûm, iam Lamoricière, ubi fuit Altava (Demaeigt bull. de la société de géographie d'Oran 10, 1890 p. 400).* — 1) *Ab alio praeposito eiusdem cohortis Sardorum, decurione alae Thracum, positus est a. p. Chr. 208 titulus VIII 40949 eodem loco repertus. Cohortem secundam Sardorum per aliquod tempus stativa habuisse illo loco declarant tituli C. VIII 9851. 9853. Praeterea epitaphia militum huius cohortis reperta sunt prope Auziam, loco dicto Sur Djûab, in Mauretania quidem, sed loco multum distante ab Altava (C. VIII 9198 cf. eph. 7, 496. VIII 9200. 9202).*

---

**2608** . . . . side<sup>1</sup> | sacrum posuit | Aelius Servanus dec.<sup>2</sup>, praepo[situs] coh. II Bre[ue]coru. [G]or[di]ane<sup>3</sup>, | III kal. Ian. Arriano et Papo cos.<sup>4</sup>, | salvis Aug[usti]s, | multis annis feliciter.

*In Mauretania, loco dicto Suik prope Tagremart, rep. (Eph. epigr. 5, 1047 descr. de la Blanchère).* — 1) *Superest ex vocabulo numinis, cui titulus dicatus fuit.* — 2) *Decurio alae cuiusdam sine dubio, ut N. 2607.* — 3) *Eo ipso loco quo hic*